

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANCE
DE
J.F. BOISSONADE

II
—
F-M

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1552

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M S.

1552



MS
Fiches faites

Correspondants
de
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M

Jr
Viro Summo

Jo. Fr. Boissonade,
insigni illi Galliae ornamento,
J. P. D.

Franciscus Volcanus Fritzsche
Professor Rostochiensis.

Nihil mihi gratius esse hinc literis potest, quibus Te nunc primum
meis verbis salutandi exoptatissima mihi data est occasio. Tu enim is
vir es, cujus maxima de antiquis literis merita uno ore omnes
agnoscant, Tui libri juventutem meam aluerunt, Tuam et doctrinam
uberrimam et subtilissimum ingenium etiam nunc vir factus magno-
pere amplector. Utinam quidem Parisiis ipsis, quo proficisci, quum
valde cuperem, nondum ulla ratione potui, Tibi praesens praesenti
testificari possim, quantopere Te colam, amem, venerationem.
Quod si a laudatissimo viro laudari ea demum vera laus est, quantopere
me censes nuper gavisum esse, quum intellexissem, Te — at qualem
virum! — esse aliquid meum putare nugas. Cujus de me judicii
ne Te unquam poeniteat, omni ope mihi adinvenendum est.
Fretus igitur notissima Tua humanitate mitto tibi horripulum
meum, quem ornes (quod Tuo comodo fiat) nomine meo. Est
is Dahseus, philosophiae Doctor, homo multarum literarum,
qui nunc in eo est, ut studiorum causa Parisios abeat ibique

965
aliquot per menses comoretur. Huic igitur doctissimo atque
optimo juveni velim humanitatem Tuam suavitatemque
impertias. Plura scriberem, nisi in publica comoda peccarem,
si longo sermone Tua tempora morari auderem. Etiam
atque etiam vale mihi que favere perge.

Scribam Rostochii, d. V Idus Julias
a. MDCCCXLI.

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

À Monsieur,

Monsieur le Professeur
St. Fr. Boissière de

16

Paris.